1603 ℔ 20 Februar. Ex Mſ Arch: Sta: Aug: Regis.

Sigismundo III Regi Polonia et Svecia Chri-stophoro Comes et D: Frisia Orientalis.

Non auderem Regiam Mattem Vrã inter tot tanasq; Regias occupa-tiones ieiunis meis literis supplicitер compellare, misi singularis R.M. V: in meos clementia in spem me erigeret. Non fore omnino ingratũ R.M.V. quo et ipsi humillima et paratissima servitia mea supplex com-mendarem, quia eadem Reg M Vrã sicuti et me et meos ita omnia nostra debere ingenue cognosco. Iam pridem ego in votis summo-pere habui ut R M V manus supplex osculer et eidem humilli-ma servitia mea presens offerem, verum tamen quia me non de-cere arbitratus sum, si R M V operam meam multis venditarem, qui ipsi parum posset esse usui, ideo de vitae genere prius mihi despiciendum fuit, in quo et R M V et offerrem supplex, et Deo adiuvante exhiberem filiuster servitia mea. Tradidi itaq; me stu-dio militari tanquam maioribus meis digno, et posui rudimen-ta militiae sub Seremissimo Gallianum Rege, ab eoq; me cum pax inter ipsum et Hispanianum Regem Belgasq; imposita esset, in Castra Burgundiae contuli, ubi sub auspiciis Seremissimi Ar-chiducis Austriae Alberti quintum iam annum copias et ordines du-cendo. At licet sit mihi satis ibi honesta militia. Quia tamen R.M.V. ob summam meis exhibitam Clementiam Regiam me totum cum san-guine iam pridem devotissime consecravi, et ea vulgari rumore intimit mihi R.M.V. a perduellibus suis bello etiam exerceri tam propter humillimam meam devotionem R M V supplex ape-rire debui

89

aperire debui, et licet exiguum sit, quod de me promittere au-
sim, servitia tamen mea promptissima, vires etiam omnes et
sanguinem denique ipsum in usus atque ad libitum et imperium R.M.V.
supplex offero, dedico, consecro et sicuti Summi Pontificis beneficij
et honoris loco mihi erit, si R.M.V. fidelis et supplex opella mea
non ignorabitur, ita enim annitar omni ope etiam cum vitae
et sanguinis discrimine in R. M.V. ut nec fidem in me, nec stu-
dium velas, si ductatem desidereret, neque eandem servitiorum
meorum humillimum vel poeniteat, vel pudeat, absonum enim
foret, nec ut spero R. Mttas Vra de me id suspicabitur, quando-
quidem hactenus in aliorum militia iisdem satisfeci, quod
in Regiam Mattem Vram, cui me et omnia mea iamdudum
mancipavi servitio vel aliquid minimum admissurus sim meo
genere indignum. Caeterum quia Serenissimi mei Dni Archidu-
cis sacramento militari nondum exolutus sum, obsecro sup-
plex, ut si R. Mttas. V. servitiis meis humillimis uti dignabi-
tur maturius de eo certiorem fieri me clementissimae pati-
atur. Ego dabo operam sedulo, ut quam primum ab omni
alio sacramento liberer R. M. V. me sistam, ac imperata fa-
ciam. Quod superest R. Mtte Vrae supplex oro, ne hanc meam
simplicem et rudiorem oblationem aspernari, aut in deter-
riorem partem interpretari velit, sed ut me in devotissimum
clientem et servitorem clementissime accipere dignetur. Cui
me suppliciter commendo. Deum optimum maximum precatus

ut Regiam

ut Regiam Maiestatem Vestram quam diutissime in presidi
um orbis Christiani in Regia prosperitate incolumem
servet, Bruxelis 20 Februarij 1603.